PAULUS URSINUS

Tirol, 1523 Seite 25r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35507
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



he tonens ex alto quas iam oculis
coram cernis repercusse fluctuum
unde. Hocque tibi tamquam a divi-
natore astrologo nisi quid tamquam
a theologie veteris auctore reli-
quum exspectas et tandem id pessum de
tripode dictum puta. Tantundem
noscende astrologie laborem subiisse
par fuerat quatenus precipuum idemque
repente imminens (quod magis terrere
magisque molestare consuevit) vi-
tari possit incommodum. Non quavis
levi occasione vel presagis etiam si-
derum minis omnibus terror (nisi ut
mores compositi ad meliora mu-
tarentur) incutiendus. Ne iniuriam
arti tam preciose sacra eius temere
prophanantes ac nobis ultro infa-
miam (dum res secus quam pollicitus sum
evenerit) conscisamus. Phi. Recte
mones o mercuri nobis illa que ex
astris rimati sumus coniecturare tantum
in occulto licuit nec cum fiducia inve-
nendi nec tamen sine spe evidentiorum
certitudinis. Mer. Nunquam profecto mortu-
les verecundiores esse debent quam cum

Astrologus caute prognosticetur

Astrologia scientia coniecturalis veritati proxima

Seneca